



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

R.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

pij cruentari filium iustitiæ vindicem ac pietatis cultorem, sed eum ipse repentina ægritudine è medio sustulit, ex insperato siquidem anno Christi 1106. est morte repentina multatus.

Surius in comment. anno 1571. Fuit, ait, Voritus quidam, vtriusque iuris Doctor & Oxoniensis Archidiaconus, qui fidem Catholicam frigide amplexus cum nollet post statum Catholicæ religionis in Anglia mutatum dignitate sua carere, dum quodam die apud presbyteros suæ olim jurisdictioni subiectos concionem haberet, incidit in ea D. Pauli verba quibus ait, Christum in ædificationem Ecclesiæ dedisse quosdam quidem Apostolos, Eph. 4. quosdã Prophetas, &c. quibus recitatis, de suo (vt tempori seruiret) intulit, dicens; De Papa hic verbum nullum auditis. Quod cum in extrema concione prolocutus esset, mox graui morbo correptus, atque adeo quasi mutus effectus, & à suggestu non ad prandium, vt constituerat, sed ad lectum delatus, octauo post die è vita excessit. Hæc Sanderus.

OB RECIDIVAM PECCATORUM
vel ob crebriores lapsus diuinitus puniti.

Pharao Rex Aegypti post promissa & fœdera de populo Dei dimittendo frequentius violata tãdem cum vniuerso suo exercitu maris

10.

Eph. 4.

1.

Exo. 15. 28.

hom. 44.
in Matth.

matris rubri fluctibus obrutus miserissime
rijt. vnde B. Chrysoft. Pharaō si confectus
prima percussione fuisset admonitus, non
posteriores plagas habuisset, neque tandem
cū eo tantus exercitus demersus perisset.

2.

2. Reg. 12. 8

2. Reg. 24. 9

Cum Dominus Dauidem Regem prius
in vxore Vriæ peccantem solo puero
nati interitu castigauisset, postea repetita
numeratione populi grauiore lapsu milia
rum millium nece percussit.

3.

3. Re. 21. 29

3. Re. 22. 34

Cum Rex Achab prius ob sublatam vitam
am Naboth ab Elia grauius increpatum
set, & pœnitentia acta veniam à Domino
obtinuisset, postea tamen in pristinam
pietatem relapsus, eo quod Prophetam
cheam in carcerem compegisset, flagrantis
belli tempore nutu diuino è vita sublatum.

4.

Cap. 11.

Canonicus quidam, ait S. Bonaz, in vita
Francisci post vitam diuturno tempore
piter & libidinosè actam in grauem ægra-
dinem prolapsus erat. Eum S. Franciscus
affixum adiit, & postquam salutaris crucis
no consignasset, pristinae valetudini restituit
hominemq; sedulo commonuit vt deinceps
à foeda illa viuendi consuetudine abstineret
nec ad vomitum aliquando rediret. At
piæ admonitionis oblitus ad veteres impie-
tatis sordes redijt, & cum in ædibus curiæ
Canonici forte cœnasset, tota ædiū structura
subito ruente, solus repentina morte, ceteri
conuiuus illæsis, extinctus est.

Cæsareus refert in ciuitate Argentina (Strassburg) hereticum cum iamjam esset cō- burendus, fuisse conuersum, ab vxore vero in hæresim esse retractū, ideoq; in manu eius re- nouatum esse incendiū igni ferri (quod dum cōfiteretur erat sanatum) idemq; incendium sensisse & vxorem ideoq; in ciuitatem esse re- ductos, & in cinerem redactos.

lib. 3. mis
rac. c. 16.
& 17.

*INFELIX EXITVS SEV FINIS
eorum qui Religionem & Ecclesiam
oppugnarunt.*

DE Misero fine Pharaonis primi perfe-
quutoris Ecclesiæ agitur Exod. 14. De
Dathan & Abiron primis Schismaticis Num.
16. De Iezabel 4. Reg. 9. De Antiocho 2. Mac.
9. De Pilato quod seipsum interfecerit con-
sule Euseb. lib. 2. hist. c. 7. De clade Iudæorum,
eundem c. vlt. & Ioseph. de bel. Iud. De Hero-
de Ascalonita qui obiit scatenis vermibus cum
prius occidisset vxorem, & filios, & seipsum
occidere voluisset, Ioseph. lib. 17. antiq. ca. 9.
De Herode Tetrarcha, quod amisso regno in
perpetuum relegatus exilium miserime vi-
xerit, eundem lib. 18. c. 14. De Herode Agrip-
pa Act. 12. vide & indicem huius Theatri, &
locos de crudelit. & de persecutione, &c.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.

Imperatores qui Christianos persecuti
sunt, omnes vel à seipsis vel ab alijs crudeliter
necati sunt, vel certe miserè perierunt. Traia-
nus horrenda Paralyfi & simul hydropisi ex-
stinctus est.

Ee Vlpia-

11.

Vlpianus I.C. sub Alexandro Seuero im-
infesissimus erat Christianorum hostis, De-
autem vlciscente haud sero debitas penas do-
dit, quippe qui à Prætorianis militibus
eum noctu inuaserunt occisus fuit. Dion.
Alex.

12.

Sur. tom. 6
die 10. De
semb. 20.
nar. annal.
par. 3.

Christiani
nominis
immanis.
hostis &
carnifex
sanctorum
martyrum
laqueo sibi
parauit in-
teritum.
Anno
Chr. 307.

Postquam Diocletianus & Maximianus
Herculius magnum ad hoc adhibere
um, & omnem mouere lapidem, vt Christi-
nam religionem cõuellerent, quando con-
uerunt se ea aggredi quæ non possent fieri,
vt dicitur, jaculari aërem, & conari mouere
quæ sunt immobilia, vterque eorum des-
sedit imperium (præ dolore, quod nõ potest
Christianos delere). Cum enim præter
etationem accidere viderent quo magis
derentur Christiani nominis palmites
cundiori germine propagari ac longè
amplius majori gloria dilatari, mœrore
fecti, desperatione deuicti, rubore suffulsi,
te turbati, jam regni pertæsi, sese ab imperio
abdicarunt, illamq; in seipsos vindictam
lerunt, quam indignissime à victoribus
bus illatam accepissent. Sed quod non
hæc esse videri poterant ad vitionem
sanguinis Christiani, horum prior, velut
tremens ac pauens, miserrime viuens,
extremum infelicissime clausit, postea
spontaneo laqueo se præfocans vitam
pit, seu, (vt ait Eusebius lib. 8. cap. 26.) de
nis imitatione ac pulsu extremum vita
qu

quo interrupt. Hunc tandem finem accepit impietas, hunc exitum sortiti sunt principes, diuinitatis hostes, & Christiani nominis perduelles.

Eusebius ait: Qui primus nostrarum erum-
narum auctor erat (Diocletianum dico) in
tam lethalem & pestiferum morbum delap-
sus est, vt mens inde de statu suo deturbaretur. Et propterea cum ille ipse, tum alter (Ma-
ximum Herculum intelligo, qui secun-
das post illum obtinebat in imperio) honore
imperij deposito, plebeium & priuatum vitæ
genus sibi delegit. Constantinus in oratione
quam habuit ad Sanctorum cœtum de perse-
cutione à Diocletiano excitata & infania qua
percitus se abdicauit hæc habet: Diocletianus
cum post cruentam cædem in persecutione
factam ipse contra se quodammodo propter
vitium amentię & delirationis suffragium tu-
lisset, se vnus abiectæ & humilis mansionis
munitioni ac præsidio cōcredens, pœnas de-
dit. Quid ergo huic profuit bellum cōtra De-
um nostrum cōcitasse? vt certe, mea quidem
sententia reliquam vitę partem miserè transi-
geret, dum semper sibi metueret, male ne ful-
minis ictu concideret. ista loquitur Nicome-
dia, non tacent etiam qui eadem oculis vide-
runt, ex quorum numero ego quidem sum,
Palatium eius & domum eius fulmine eam
depassente, faceque cœlesti exedente, vasta-
ta fuit, &c.

lib. 8. c. 26.

apud Eu-
seb. c. 25.Esa. 19.
Stulti facti
sunt prin-
ces, & c. im-
misit in eo-
s Dominus
spiritū
vertiginis.

Ec 2 Dio-

Ecclesia
conculcata
confurgit,
depressa
cōprimit,
humiliata
in altū ex-
tollitur.

Diocletianus non sine diuina dispensatione ad annum Christi 316. fuit referendus, ut, qui Christianæ religionis funditus abolitionem & radicatus extirpationem fuerat meditatus, omniq; studio id etiam operatus non solum id minime fuerit consequutus, sed versa rerum vice Christianos imperare cōderet, templa à se disiecta restitui augustinus cœtus frequentissimos cogi, Christi gloriam laudum præconijs ubiq; extolli, contra idolorum delubra disijci atq; claudi, deorum simulachra confringi, cessare victimarum festa aboleri, ac ritus gentilios annuuntari, indiesq; magis magisq; auitam superstitionem pessundari, ut plane illi accideret quod est Psal. III. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peritorum peribit. Quo cum putandum sit hæc omnia animi angore inspexisse, ac quantum pariter doluisse, se sic, numine impetrante ad deponendum imperium adactum, ut illud in Christianos trāsferretur? Hoc quidem omni quamlibet immenso supplicio horribius atq; acerbius videri illi poterat. Tandem diuturna & aspera, ait Euseb. in primis corporis agrotatione pedetentim contabescere incubuit. Grauissimum, ait Cedrenus, in malum incidit, cuius doloribus vehementer totum corpus affligebatur. viscera inflammatione acerrima corrumpebantur, caroque niuersa ceræ in morem colliquebatur, quæ

li. 8. c. vlt.
Zonar. to.
2. anal.

luminibus miser captus atq; mutilatus est. Ex-
 inde miserabiliter putredine absumptus ex
 faucibus multitudinem vermium ipsa cum
 lingua, quæ computruerat, eiecit, atque adeo
 in sepulchris confectorum cadauerum fœto-
 re nihilo melius fœtuit. Inter hæc ille spirans
 & gemens, mortem inuocabat, atque extremo
 spiritu hæc verba edidit: Væ miserabili mihi
 & digno qui lugear, quàm iustas meorum in
 Christianos impiorū conatum pœnas pen-
 do! Qui olim (vt Euseb. in Chron. & Eutrop.
 li. 9. tradunt) adorari se iussit, vt Deum, & gem-
 matos calceos atq; vestes, non contentus pur-
 pura, induit, se ipsum primum imperio, arre-
 ptus amentia, exiit, ac tandem infelicissimum
 finem sortitus est, iuxta Deborah canticum: o-
 mnes inimici tui domine pereant, qui autem
 diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita
 rutilent (quod factum in Constantino).

Finis trau-
 culentæ
 bellæ, e-
 briæ sancto-
 rum san-
 guine.

Iud. 5.

13.

In Chron.
 & lib. 8.
 hist. ca. ult.
 & lib. 9.
 c. ult. lib. 8.
 c. 28. & 29.

Anno
 Chr. 311.

Maximianus Galerius tam horrendis do-
 loribus correptus est vt etiam medici ethnici
 dicerent diuinam esse plagam. Galerium Ma-
 ximianum, ait Euseb. castigatio & pœna cæli-
 tus inuecta occupauit, & ex ipsa carne exorsa
 peruasit ad animum. Ex improviso enim in
 illis corporis partibus quas natura ob vere-
 cundiam contextit atque abdidit nascitur apo-
 stema: deinde in interioribus corporis recessi-
 bus vlcus purulentum & fistulosum, atque
 istorum insanabilis morsus intima depasceba-
 tur viscera, quæ quidem infinita vermium

Ee 3 multi-

multitudine redundarunt. unde fœtor letalis & pestifer efflatur: quando quidem vniuersa corporis moles ex nimia eius, antequam in morbum delaberetur, helluatione & gluuie in immensam pinguedinem conuertata erat, quæ cum putredine contabescens tolerabile & horrendum spectaculum appropinquabant exhibuit. Proinde et dicis alij, qui exuberantem fœtoris grauitiam ferre omnino non poterant fuerunt iussu trucidati: alij tota corporis mole in mescente & in salutis desperationem delapsi cum nihil opus afferre valerent crudeliter interfecti. Atqui tyrannus tantis cum virijs colluctans tandem sua maleficia in admissa animo recognoscere cepit, &c. Euseb.

vi. locum
de homi.
cidio.

14.
Paneg. 2.
Const.

Maxentius tyrannus oppugnans Constantinum Magnum, post cladem fugamque perierum instar Pharaonis periit in undis. Vt ait Gallicanus Orator, cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam illum Maxentium cum equo & armis insignibus frustratum per abrupta ripæ vltioris euertit: idem Tiberis correptum gurgite deuorauit: ne tam deforme prodigium vel hanc mortem sui relinqueret famam, quod alicuius fortis gladio telove occidisset. Euseb. Quemadmodum Moyses & antiquorum temporum Hebræorum temporibus currus Pharaonis eiusq; copias deiecit in altum, & de-

in vita
Const. li. 1.
c. 32. & hist
lib. 9. c. 8.

ascensores satellitesque regios in mari rubro demersit: sic & Maxentius quiq; cum eo erant armati, & stipatores, velut lapis in profundum Tiberis gurgitem præcipites deciderunt. Nam cum Tyrannus, Dei virtute Constantino opem ferente, terga dedisset, & in fuga flumen ex aduerso objectum (in quo linteribus junctis & ponte artificiosè fabricato) machinam qua Constantinum adeo charum Deo è medio sublaturum sperauit, ad suum ipsius interitum construxerat, trajicere cepisset, Deusq; Constantino benignus præstulisset auxilium, & Tyrannus eius ope destitutus clandestinas & occultas machinas miser cõtra se ipsum fabricasset (adeo vt illud commodè in ipsum dici possit: Lacum aperuit & effudit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertatur labor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendat) tum Dei nutu machinarum in pontis iunctione collocatarum & fraudis in eisdem latitantis transitus, tempore minime sperato subsidit, ruitque, ac de improviso lintres cum ipsis viris in altum gurgitem præcipitari sunt, &c. hæc Euseb. Vbi autem de Tyranno in Tiberim prolapsus atq; extincto nuncium ad Constantinum perlatum est, mox eius corpus ab vrinatoribus quæri iubet, quo reperto, secutum caput summæ hastæ affigendum curauit, Romamque deferri, inde perlatum est in Africam.

Exod. 15.
Cantemus, &c.

Psal. 7.

Ec 4 Maxt.

35.

Maximinus imp. repentina Dei percussus est plaga, ac talis vitæ exitus illi contigit non qualis ducibus bellicosis qui pro virtute proq; amicis & familiaribus in prælio fortiter se gerentes, fidenti animo gloriosam mortem subierunt: quandoquidem ille, vixit impius & Dei aduersarius, dum ipse excelsus passim jam in campo instructa acie venabatur, domi ipse moratus, & intra parietibus occultans, inopinato Dei flagello corpore percussus, debitumque pro sceleribus supplicium, sic vt grauibus dolorum stimulis & acerbo cruciatus morsu agitato, famulatus confectus diritate, pronus in terram ruerit. Eius vero caro vniuersa, ardore cælitus incensa & haud aspectabili, contabuit, adeo vt pedetentim exesa absumptaque tota præstanti formæ effigies tandem penitus deleteretur, tanquam simulachrum quoddam ossium siccatorum longinquitate temporis exstremum attenuatumq; illi solum relinquere restaret, sic vt qui præsto aderant eius corpus nihil aliud esse existimarent quam sepulchrum æreæ, quæ in eo quasi cadauere penitus putrefacta defodiebatur. Et cum æstus adhuc vehementius eum ex intimis medullis inflammasset, ei exilierunt oculi, & è propria sede inque conqueuerant elapsi, ipsum cæcum omnino reliquerunt: deinceps ægrè spiritum dum Domino confitetur, mortemque inuocabat, extremum ista propter amentiam & remissam

Chrysof.
adu. Gent.
ait ei spon
te ex oculis
pupillas
exiisse.

ratem contra Christum admiffam, merito se
perpeti confessus, animam efflat. Hæc de hu-
ius Christianæ religionis persecutoris exitu
Euseb. lib. 9. cap. 8. qui ibidem c. 9. quas pœnas
ministri cognati & familiares huius tyranni
dederint, exponit.

Licinium imp. cum fere ad mortem vsq;
imp. Constantinus castigasset, regali & qua-
cunq; alia principatus potestate priuatum in
Galliam demandauit, vt in illa regione habi-
taret, eo enim quod eius affinis erat, illum
morte punire noluit, qui iure millies mori
debebat. Ei autem, toto audiente Senatu, di-
xit: Luge & pœnitentiam age ob ea quæ ausus
es bonifque operibus studens, ab illis nun-
quam desiste, fortasse Deus propitius & bene-
uolus tibi erit, qui omnis beneuolentiæ ex-
pers & insidiator fuisti, fortasse & sempiter-
næ pœnæ sententiam aufugies. Hæc tunc ipse.
Nihilominus tamen diuina pœna vehemen-
ter illum exagitauit. in ea enim regione ad
quam missus est, difficilia quædam vicera, re-
media eius malitiæ congruentia, similem illi
quam Maximinus passus fuerat, plagam intu-
lerunt. Cum autem grauius ingemisceret, &
solum ac verum Deum à se reprobatum fuis-
se confessus esset, ex hac vita miser auulsus fu-
it. Hæc de Licinij sæuiffimi religionis Chri-
stianæ persecutoris exitu vita antea digne
Ioannes Presbyter Nicomediensis qui his ip-
sis temporibus viuebat, apud Surium tom. 2.

E e 5 die

16.

die 26. April. alij testantur eum à Constanti-
no necatum.

17.

Anno Christi 425. Ioannes inuasor impe-
rij occidentalis & iurium Ecclesiasticorum
violator quia primo ingressu omnia ab Ec-
clesia priuilegia abstulit quæ à Christianis
Imperatoribus tum locis tum personis Ec-
clesiasticis collata fuerant, & inter alia om-
nem clericis ademit fori sæcularis exemption-
nem, quos omnes penes sæculares iudices
causam dicere & ab eis sententiam expecte-
re voluit, ob id tanquam scœnum quod ve-
lociter arefcit quàm citissimè defecit, nec
quicquam ei profuit centum ferme millia
barbarorum in Italiam aduocasse, cum miser
pene solus ab Aspare angelico ductu impu-
ratus offensus capitur, & iugulatur. Hic
nisi tyranni, qui imperij sui primordia ab im-
minutione Iurium Ecclesiæ est auspicatus. Ho-
ligionis certe & Ecclesiasticorum iurium de-
fensio est solidum ad sustinendam molem impe-
rij fundamentum, quo si careat, corruiat
neesse, vt male consultus suo damno Ioannes
expertus est.

Socrat.
lib. 7. c. 23.
Spiritu Dei
flāte bulla
tumens re-
pente dis-
rupta est.
Inter perse-
cutiones
mundi &
consolatio-
nes Dei, pe-
regriñado
procurrit
Ecclesia.

18.

Theodoricus Rex Gothorum Ariano
quia se electioni vel nominationi Romani
Pontificis immiscuit, Deus ipsum absque dis-
lacione dissimulatione ve, qua frequentius
ti solet cum peccatoribus, repentina immen-
sa cælitus vindicta prostrauit, & post accu-
raturum dirum exitium ad inferos perpen-

vi. locum
de poenis
persequen-
tium pios.

relegavit. Talem qui æmulantur principem, expectent pari cum eo sententia iudicari, nimirum vt dum inconcessa præsumunt contra Ecclesiæ inuadentes, & vitæ præsentis & eternæ dispendium sentiant, & regnum haud æu ad posteros propagent, sed exteris cedere cogantur inuiti, quo nihil iustius dici possit, vt à terrenis excidant qui diuina temerariè tentant.

Diuina prouidentia moderans res humanas sic aliquando atterere consuevit peccatis hostes vt tamen eos perdere penitus non lit: deprimit quidem, ne forte (Deuter. 32.) superbirent & dicerent, manus nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia: erigit vero, ne erutus è flagellis Dei populus liber, timore solutus in grauiora iterum, peccata dilabatur. ob idque pro illis ad Deum conuersus precatus est Dauid dicens: Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sic noluit DEVS septem illos Israëlitis infensos populos Palæstinam occupantes ab ipsis penitus vinci atque deleri, sed vsus illis fuit tanquam virga ad infligenda peccantibus verbera. Eodem modo permisit idem moderator rerum DEVS reuiuiscere ad tempus extinctum in Vltige regnum Gothorum, vt Latinis nimium insultantes Grecos cohiberet; deleuit vero tandem vt Arianæ hæresis error, quo nec afflictati claudibus

19.
Consilium
Dei circa
hostes
suos.

Psal. 58.

cladibus Gothi carere voluerunt, cum ipsa gente pariter tolleretur. Sic Deus iustitiam, dextera suspensa lance æquilibrio pro meritis hominum cuncta disponere consuevit, secundum illud (Prou. 16.): Pondus & statera iudicia Domini sunt.

20.

Dei vindicta ob violatam Catholicam fidem.

Si quæris causam cladis totius Syriæ, & incendiij atq; ruinæ Antiochenæ ciuitatis omnium nobilissimæ, docent te annales Ecclesiæ aliquos Syriæ Episcopos in primis vero Antiochenos primum fuisse Nestorij defensores, aliquos vero postea Eutylianæ blasphemiam sectatores. Nam vt amplissima quæque ruunt ædificia, cum ipsorum fundamenta debiciunt; ira necesse est pessundari florentissimas ciuitates atque prouincias, quibus Christianæ religionis deficit fundamentum, quod est ipsa Catholica fides. Hinc omnes quæ sunt in Asia, Africa, & Europa orientales prouincias feris barbaris ad multa annorum sæcula traditæ sunt deuastrandæ.

21.

Agathias lib. 4.

Iob. 40.

Cosrhoes Rex Persarum non in Romanum imperium sed in Christum Christianæ Ecclesiam insurgens, mœrore consumptus moritur Anno Christi 579. ita Deus tumentes fluctus exiguæ arenæ obice in gracilem spumam conuertit, cum dispergit superbos in furore suo. & respiciens omnem arrogantem humiliat.

POENAE EORVM QVILIBET
rum permiserunt ut quisq; quam vellet
Religionem amplecteretur.

Valentinianus senior imper. Catholicus
sinebat in occidente inter Christianos
quam quis vellet fidem amplecti atq; pro ar-
terio hæreses consecrari. Hinc Mediolani
Auxentius Arianus Episcopus securus egit, &
se Valentianus coniugium Arianæ scemi-
ne Iustinæ minime detrectavit. Tanta eius fa-
cultas superstitioni etiam gentilicæ benè ces-
sit, ut non veteres tantum frequentarentur
sacrificijs aræ, sed & recentes erigerentur. at
quam illa ipse cõsultè, exitus declaravit. Duo
enim filij idemq; Augusti. factione ac prodi-
tione Gentilium necati sunt. Gratianus à Ma-
ximo, conspirantibus cum eo Gentilibus Se-
natoribus, & Valentinianus junior prodi-
tione æquè Gentilium strangulatus; factumque
est diuini libramento iudicij, ut transferretur
Romanum imperium in Theodosium, qui
eorum omnium demoliretur cum idolis a-
ræ & templa, omnesque hæreses seuerissimis
propulsaret edictis. Quis hæc cõsiderans non
clamaret illud Dauidicum : Et nunc Re-
ges intelligite, & erudimini qui iudicatis ter-
ram.

Anno Christi 381. à Gratiano imp. eliceba-
tur rescriptum quo vniuersi hæretici excede-
rent non Ecclesijs solum aut vrbibus, sed extra
omnes

1.
Valent. dis-
uinam vin-
dictam in
se concita-
uit, atq; in
filios mise-
rabilius p-
pugnauit.

Psal. 2.

2.
Seuerus
lib. 2. hist.

Imperium
fulcitur ve-
ræ religio-
nis defen-
sione, à qua
si deficient
imperato-
res omnia
quantum-
libet firma
corruunt ne-
cesse est
atque pro-
stetna.

3.
Summo iu-
gij studio
semper in-
vigilavit

omnes terras propelli jubebantur: Hæretici
vero corrupto Macedonio tum Magistro of-
ficiores rescriptum eliciebant, quo, calcatis
quæ prius decreta erant, restitui Ecclesijs iu-
bebatur. Immane profecto piaculû, quo fug-
gestione Macedonij Gratianus princeps maxi-
mè pius eius quod piè sancteq; sanxerat, præ-
uaricator est factus, ex quo quidem facinore
sibi necem comparavit. Nam ad immane sce-
lus vindicandum, & hæreticos libera volun-
tate indulgentia Gratiani vagantes compri-
mendos, atque digna animaduersione ple-
ctendos, suscitavit aduersus eum Deus Mar-
tum tyrannum, qui imperatori necem intulit,
& in principes hæreticorum gladio animaduertit.
Sed nec inultus abiit improbus Macedonius
hæreticorum fautor, de quo illa Paulinus:
Cum ad Prætorium Macedonij pro quodam
intercedendo (apud Gratianum imperat.)
Ambrosius perrexisset, atque præcepto prædicti
viri fores inuenisset clausas, nec copiam
ingrediendi adeptus esset, ait: Ecce tu quidem
venies ad Ecclesiam, quam nec clausas januas
inueniens, ingredieris. Quod factum est,
mortuo Gratiano, confugiens enim Macedonius
ad Ecclesiam patentibus januis aditum reperire
non poterat. Hæc Paulinus.

Siricius Papa quod haud velociter per-
clitanti, occasione Origenis errorum occu-
rit Ecclesiæ, cito ex hac vita sublatus est. im-

multis atq; pauendis demonstratur exemplis
 quod Pontifices illi qui causam fidei Paulo
 magis tractauerunt ac remissius curauerunt
 Christo primario omnium pastore fuerint
 aliter ex hac vita subducti.

Tunc Deus curat atque tuetur principum
 magna cum ipsi principes pro religione labo-
 rant, contra cum id negligitur, vel humana
 prudentia (quæ ex Apostoli sententia Deo i-
 nimica est) in religionem peccatur, ipsa im-
 peria in deterius prolabuntur, penitusq; cõsu-
 mantur. Hæc omnia in imp. Honorio breui
 temporis spacio apparuere cõspicua. Etenim
 cum primum pressus angustijs indulsit hære-
 sis atq; gētilibus Dei hostib⁹, vt securè absq;
 timore legum quam quisq; vellet religionem
 sectaretur, maxima hanc legē secuta sunt ma-
 la, clades vrbis, & alia funesta. Rursus cū idem
 facti penitens eam legē reuocat, laborat pro
 fide & vnitate Catholica, quàm subito mutata
 rerum simul est facies, & quanta hæc subsecu-
 tæ sunt bona? absque armis perit inuasor vrbis
 Alaricus, & qui post eum Gothorum capessit
 regnum, pro Romano Imp. pugnaturus in ho-
 stes conuertit hostiles acies.

Quia damnatus hæreticus Nestorius (qui
 execrabilem hæresim longe longius ex-
 tra Romanum orbem deportandus erat) cum
 omnibus quos vellet consuetudinem habere
 permixtus est, Theodosius iunior imp. diuinā
 iracundiam concitauit. Sicut enim cum
 huius-

super Ro.
 Eccles. di-
 uina præ-
 uidentia,
 &c.

4.
 Oros. li. 7.
 c. 24.
 Religionis
 defensio
 robur im-
 perij.

S. Prosper.
in Chion.
Marcellin.
in Chron.
Socr. lib. 7.
c. 38.

6.

Diuinitus
immissa
hæc vindi-
cta haud
diutius di-
lata est, sed
peccatis
exigentib⁹
accelerata.

huiusmodi hæresis defenderetur, luctuosissi-
ma clades illa inflictæ est Romano imperio
cum Romanus exercitus in Africa magno de-
decore Romani nominis, & Catholice fidei
penitus profligatus est: ita cum sineretur de-
mnatus Nestorius liber inter Catholicos age-
re, Constantinopolitana ciuitas portentosa
affecta est clade anno Christi 433, cum tri-
duo incendio magna est ex parte consumpta.
Zeno imp. sinens secum degere hæreticos
graues dedit pœnas. Quia ab exilio iuste dam-
natû Timotheum Eutythianum hæreticum
soluit, & Alexandria sedem alterius iterum
inuadere iniquè permisit, pati coactus est
tempestiue tyrannum Basiliscum à quo pro-
uatus est imperio; quia non cohibuit hunc hæ-
reticum parricidam Constantinopolim in-
gradientem cû triumpho, passus est hostem
ipso fuga lapsò, Regiam occupantem. Cum ab
hoste Basilisco ad necem quæreretur in Ita-
liam patriam solum redijt, atq; in desertis ho-
stis vitam duxit incognitus accolis. ob id
coactus fuit interdum herbam, pane deficiente
te, ad cibum quærere. Sic igitur qui execra-
tum hæreticum ab exilio reuocarat, iusto Dei
iudicio cogitur ipse instar Nabuchodonosor
cum bestijs sex vel octo (vt Procopius tradit)
menses absq; imperio exul viuere, donec
missum facinus expiaret. Euagrius (li. 3. c. 2.)
tradit ipsum comitiali morbo extinctum
se. At Cedrenus vult eum quidem morbo

comitali arreptum. adeo ut videretur mortuus, viuentem vero fuisse sepultum. Satellites addit, qui ad sepulchrum custodiendum erant collocati, retulerunt se per duas noctes lamentabilem vocem audiuisse è sepulchro elatam: Misere mihi & aperite mihi. Cum illi dicerent, alium iam imperare, nihil inquit curo, in monasterium me adducite. Sed cum non aperirent ferunt aliquanto post monumentum fuisse reclusum inuentumque in eo Zenonem qui prę fame suos ipse lacertos mädiderat & caligas quas gestabat. Zonaras ait: Tradidit quidam eum gulę & ebrietati indulgentem errore mentis affici solitum & pro lapsum à mortuo nihil destitisse. Cum vero ipsi etiam coniugi Ariadnę inuisus esset, sic inebriatum pro mortuo in monumentum imperatorum ab illa coniectum, lapide maximo qui pro operculo esset imposito, factumque sobrium, vociferatum quidem esse lamentabiliter, sed nemine curante miserè perijisse. Euagrius scribit ipsum in initio imperij sui omne voluptatum genus licenter & effuse fuisse confectatum, atque ita se totum libidinum illecebris dedisse ut à nulla turpitudine & nefario flagitio se continuerit, sed in illis volutaretur. Sophronius autem exprimit causam ob quam non statim (ut par esse videbatur) pœnas dedit, cum ait: Narravit mihi quidam Patrum de Zenone imp. dicens de muliere quadam cuius filiam ipse imp. ad

F f libi

In comp.
hist. moro
tuus credi-
tus ut mor-
tuus sepul-
tus est.

Tom. 3.
annal.

Viuens in-
ter mortuos
deputatus
est quia
mortuus
inter viuen-
tes, impius
inter pios
voluit ad-
numerari.

li. 2. c. 16.
Luxus.

Prat. Spir.
c. 175.

libidinem exatiandam subripuisset. Hæc, inquit, vacabat in templo Domina nostra Dei genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens; vindica me de Zenone Imper. Cum ergo multis diebus hoc faceret, apparuit ei per visum sancta Dei genitrix dicens; Crede mihi mulier, ultionem tuam sapere facere volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors & eleemosynas faciens. hæc ipse.

7. Venceslao 12. Bohemorum Regi nunciabatur crescere indices hæreticos, & conciones ac cœtus frequentes contra auitam religionem haberi, sed his ille neque iniurijs Dei neque periculis Ecclesiæ commouebatur. Perturbabatur insolentissimos sectarios cuncta in causa religionis pro sua libidine gerere. Et quanquam subinde multitudine terrebar, tamen cum exploratum habuisset se ab illis in concione hoc nomine commendatum, quod comodus ipsis Rex ac perfacilis esset, quorum noua in Religione studia minime perturbaret, ideoque nec ad eum è regno deturbandum suscipi cõsilia oportere, id quod iam fieri & agitari cœperat, tum securus omnem cogitationem deposuit de sumendis armis ad eorum conatus reprimendos, planeque (vult Aeneas Syluius) ex tepido frigidus euasit. At cum post significaretur præualentibus hæreticis peti atque interfici magistratus, subuersi Reipub. ordinem, eius quoque coronæ proximæ

magna vis
eleemosy-
narū Eccl.
3. Dan. 4.
Pœnam Sa-
lomonis le-
ge 3. Re. 11.

7.
AEn. Syl.
hist. Bohæ.
c. 35. 36. 37.

Ioan. Len-
saus lib. de
vnica Reli-
gione in
Rep. con-
seruanda c. 1

imum periculum impendere, tum demum commoueri & de vindicta cogitare cœpit, sed eheu sero nimium Mox enim ex ira paralyti resolutus est, paucisq; post diebus, frustra imploratis contra regni sui hostes auxilijs amicorum, è vita excessit. Hæretici vero Bohemiam maximis cladibus affecere. Ita profecto fit vt cum Religio Deusq; negligitur vna cum Religione & regnum amittatur. Iulianus apostata permittens libertatem Religionis Religionem euertit. Ammon. Marcell. lib. 22. S. Aug. in lib. Retract bis retractat doctrinam de tolerandis hæreticis.

*EXEMPLA RELIGIOSORVM
qui ob usurpatam proprietatem post voluntaria paupertatis promissionem grauissime puniti sunt.*

TRia commemorat Ioan. Cassianus secundum tria genera proprietariorum exempla. **1.**
 1. Giezi, inquit, quæ ne antea quidem possederat volens acquirere, non modo gratiam prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem velut hereditariam à suo habuit magistro suscipere, verum etiam è contrario æterna lepra S. Elisæi maledictione perfunditur. **2.**
 2. Iudas autem volens resumere pecunias quas antea Christum secutus, abiecerat, non solum ad proditionem Domini lapsus, apostolatus perdidit gradum, sed etiam vitam ipsam.

Ff 2 com-

4.
Act 51.

communi exitu finire non meruit, &c. Ananias vero & Saphira referuantes partem quandam ex his quæ possederant apostolico ore morte mulctantur. Quod autem id factum sit ab utroq; post factam de voluntaria paupertate sponsonem docet S. Basil. ser. de institut. monach.

P. Platus
li. 3. de bono
no status
Religiosi,
cap 35.

DE POENIS EORVM QVI LIBEROS
vel propinquos à Religione reuocant at-
que hac ratione cum demone conspi-
rantes cum Deo bellum ge-
runt.

1.
Greg. Tur
101.

Pontianus seruus hominis teri ac barbari, cum diuina charitate incensus ad monasterium profugisset, herusq; illum repetendo instaret, nec negari posset rem suam exigenti, repente excæcatus est (herus). Itaque statim pœnitentia percussus, vimq; numinis agnoscens haud grauatè consensit, vt in Dei obsequio remaneret. Neq; tamen lumen antecepit, quàm ei Pontianus manus imposuit, ut eo manifestius cæcitatatis causa appareret.

2.
lib. 1. de
virg.

Ambrosius puellam commemorat, adhuc viuentem cum ipse hoc scriberet, nobilem sculo, postea multo nobiliorem Deo, cum religiosæ vitæ amore ad altare confugisset, instarentq; propinqui, & sponsum offerendum, & diuitiarum commoda proponendo, temper constantem & inuictam perstitisse. Quæ cum vnus præfractius vrgens dixisset, Quæ
si pu

si pater tuus viueret, an te inuictam viuere
 pateretur? respondisse eam, Et ideo fortasse
 mortuus est ne impedire posset. Neque vero
 multum temporis intercessisse cum hic qui i-
 sta instabat, morte sublatus est, tamq; persua-
 sum fuisse omnibus ob hanc causam esse sub-
 latum vt cæteri, idem sibi quisq; metuentes,
 fauere cœperint, qui antea tãtopere repugna-
 bant.

vi exc. 2. in
 loco de Pa-
 rentib. &c.

*RELIQUIAS SANCTORVM
 violantes puniuntur.*

Cum Calvinistæ Turonis ossa S. Martini
 cinerem coniecissent ad internecionem
 cuncti à Catholicis miserrimè bis fuere con-
 cili, vlciscente Deo iniurias sanctissimi viri.

Tho. Boz.
 de sig. Eccl.
 Tom. 2. si-
 gno 96. c. 3

SACRILEGORVM POENAE.

Phocenses templum Apollinis occupaue-
 re, inde auro & pecunia diuites conducto
 mercenario milite bellum Thebanis intule-
 runt. Contra hos Thebani Thessaliq; Philip-
 pum Macedoniae Regem ducem eligunt qui
 quasi sacrilegij vltor esset, omnes milites co-
 ronas laureas sumere iubet, atq; ita veluti Deo
 duce in prælium pergit. Phocenses insignibus
 Dei conspectis, conscientia delictorum terri-
 ti abiectis armis fugam capessunt, pœnasque
 violatae religionis sanguine & cædibus suis
 pendunt. Recte ergo Baptista Fulgosius ait:
 Gentilium religio etsi à veri Dei cultu pluri-

I.
 Iust. lib. 8.

Prædones
 templorū
 puniuntur:
 seu bono-
 rum Eccle-
 siarum in-
 uasores, &
 usurpato-
 res diuini-
 tus immis-
 sa vindicta
 percussit.

Ff 3 mum